Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cordis qui ex tali decubitu in-
tenderetur ¶ Tercius canon
q dormiat capite convenient
elevato et nullo mo declivi.
¶ Quartus canon est omnino ca-
veat a decubitu resupino.
talis enim preparat ad malas
egritudines scz spasmum, epi-
lemsiaz paralisim, et nocu-
mentum anhelitus, et maxime
in hoibus preparatis ad hoc i
frigiditate et humiditate 2 mul-
tam materiam replente nervos
habentibz, ut est in hoc viro
¶ Quintus canon est fugiat
dormitionem sup ventre, licz
videatur aliquantulum iuvare
ad digestionem stomachi, incli-
nat tamen materias ad ven-
trem et medium cerebri et co-
sequenter ad oculos, unde fa-
cile incurreret reumatismos
cecitatem, aut debilitatem visus
ad quam nobiliter est preparatus
propterea quia nocumentum id
visum i eo nobiliter auctum
et lesum lesione diminutio-
nis et corruptionis ut in
primo capitulo declaratum est ¶
Sextus canon est iste vir
in dormiendo quantum potest cavi-
tet agitationes revolutias
de latere i latus, et frequentes
sompni interruptiones. In
modo autem quiescendi se ha-
beat secundum figuram iacendi
aut sedendi secundum debitos
modos superius tactos. ¶

Nota de dormitione resupina.

Capitulum quintum de acciden-tibus anime

Modicus ex-
cessus in aliquali iracundia
et perseverare aliquantulum in
passionibus anime vocem exalta-
tibus, esset huic viro valde
conveniens, talis enim motus
resolutionis et consumptionis
disponit humores frigidos
et humidos dummodo non super-
fluant, inducentia leticiam sibi
convenium ut sonus organorum
et tibiarum et cratorum, fugi-
at passiones generantes an-
gustiaz et tristitiam anime, quoniam
exterminant corpus a naturali
consistentia ut 3o Tegni p.

Capitulum quintum de manuctione et repletione

In hac re non
naturali medium tenere debz, ita
q ad nullum extremorum incli-
netur. licet in parte comedendo
et parcius bibendo sit ei da-
ta licentia amplior, quam re-
plendo ¶ In modo ergo comes-
tionis observet hec documenta
¶ Primum est. est nunquam accipiat
cibum, nisi cum naturali appetitu inci-
tante ipsum ad hoc. Comedere
enim sine convenienti appetitu dis-
ponit stomachum ad abhominationem
que est ciborum corruptionis causa.
¶ Secundum documentum, est comme-
dendo optima masticatione
degluciat, et potum paulatie
sumat. Cuius contrarium facit odit
vitam suam, 3a primi. ¶ Ter-
cium documentum est non multam
moram contrahat i assumptione
ciborum ne primum cibum sumptum
digerat, antequam ultimum re-
cipiat et ita corrumpatur totus.
¶ Quartum documentum est non
accipiat cibaria plura et diversorum
saporum in uno prandio.
nec acetosa cum dulcibus, ¶
Quintum documentum est evitet
cibaria in substantia multum den-
sa cum cibis subtilibus cum grossis
viscosis et fluxibilibus. ¶
Sextum documentum ut evitet
cibaria gravia cum levibus et
ventosabilibus, faciet q le-
via non supernatent sed pre-
ponatur. ¶ Septimum documentum

Quomodo quis se debeat tenere in comedendo